nes litteras genti scottorum pro pascha simul et pro pelagiana heresi miserit.
XX Ut occiso aeduino paulinus cantiam rediens hrofensis ecclesie presulatum susceperit.

EXPLICIUNT CAPITULA. INCIPIT LIBER SECUNDUS HYSTORIE GENTIS ANGLORUM.

HIS TEMPORIBUS ID EST A N N V S
dominice incarnationis sexcentesimo quin
to. beatus papa Gregorius postquam sedem
Romane et apostolice ecclesie tredecim an
nos. menses sex. et dies decem gloriosissime
rexit defunctus est. atque ad eternam regni ce
lestis sedem translatus est. De quo nos convenit
quia nostram id est anglorum gentem de potestate
tenebrarum ad fidem christi sua industria convertit. latiorem in
nostra hystoria ecclesiastica facere sermonem. Quem recte nostrum
appellare possumus et debemus apostolum. quia cum primum in toto orbe
pontificatum gereret et conversis iam dudum ad fidem veritatis
esset prelatus ecclesiis. nostram gentem eatenus idolis mancipa
tam christi fecit ecclesiam. ita ut apostolicum illum de eo liceat
nobis proferre sermonem. quia et si aliis non est apostolus. sed tamen nobis
est. Nam signaculum apostolatus eius nos sumus in domino. Erat autem
natione Romanus a patre gordiano. genus a proavis non so
lum nobile sed et religiosum ducens. Denique felix eiusdem aposto
lice sedis quondam episcopus vir magne glorie in christo et in ecclesia eius
attavus fuit. Sed et ipse nobilitatem religionis non minore
quam parentes et cognati virtute devotionis exercuit. No
bilitatem vero illam quam a seculo videbatur habere totam ad nancis
cendam superne patrie dignitatem divina gratia largiente con
vertit. Nam mutato repente habitu seculari. monasterium
petiit. In quo tanta perfectionis gratia coepit conversari. ut sicut

Gotha Memb. I 63, fol. 32r

Nur zum persönlichen Gebrauch
Weitergabe an Dritte ist unzulässig!

Forschungs-
bibliothek
Gotha

Memb. I 63, Bl. 32r

summe mansuetudinis et pietatis ac moderaminis virum. habe
batque zelum dei. quamvis non plene secundum scientiam. Namque diem paschae
dominicum more suae gentis cuius saepius mentionem fecimus. a xiiii lu
na usque ad xxma observare solebat. Hoc etenim ordine septentrio
nalis scottorum provincia et omnis natio pictorum illo adhuc tem
pore pascha dominicum celebrabat. aestimans se in hac observa
tione sancti ac laude digni patris anatholii scripta secutam.
quod an verum sit peritus quisque facillime cognoscit. Porro gens
scottorum quae in australibus hiberniae insulae morabantur parti
bus iam dudum ad monitionem apostolicae sedis antistitis. pascha
canonico ritu observare didicerant. Venienti igitur ad se episcopo.
Rex locum sedis episcopalis in insula lindisfarnensi ubi ipse
petebat tribuit. Qui videlicet locus. accedente ac receden
te reumate bis cotidie instar insulae maris circumluitur undis.
bis renudato litore contiguus terrae redditur. atque eius admoni
tionibus humiliter ac libenter in omnibus auscultans. ecclesiam
christi in regno suo multum diligenter aedificare ac dilatare cu
ravit. Ubi pulcherrimo saepe spectaculo contigit. ut evan
gelizante antistite qui anglorum linguam perfecte non noverat. ip
se Rex suis ducibus ac ministris interpres verbi existeret caeles
tis. quia nimirum tam longo exilii sui tempore linguam scottorum
iam plene didicerat. Exin cepere plures per dies de scottorum
regione venire brittanniam. atque illis anglorum provinciis qui
bus regnavit osualdus magna devotione verbum fidei prae
dicare. et credentibus gratiam baptismi quicumque sacerdotali e
rant gradu praediti ministrare. Construebantur ergo ecclesiae
per loca. confluebant ad audiendum verbum populi gauden
tes. donabantur munere regio possessiones et territoria
ad instruenda monasteria. Induebantur praeceptoribus
scottis parvuli anglorum una cum maioribus studiis. et

Gotha Memb. I 63, fol. 58r

Nur zum persönlichen Gebrauch
Weitergabe an Dritte ist unzulässig!

Forschungs-
bibliothek
Gotha

Memb. I 63, Bl. 58r